

antiqua, 868. quæ est postea hodie in tit. de testam. in antiquis, decision. 10. incip. Factum tale est. fol. mibi, 61. colum. 3. & sequentibus, latissime Roeb. de iur. patronat. verb. pro eo quod, quat. 12. num. 25. fol. 54. & sequentibus, ubi allegat Felin. late id agentem in c. cum venerabilis, colum. 11. de except. & idem etiam tenet Casar Lambertinus de iure patron. in prin. q. in pr. prima partis, primi lib. colum. 6. nu. 40. versicul. ampliam istam quaestio. Franciscus etiam de Rip. in presenti, num. 127. late etiam idem tenet Covarr. in 4. 2. part. cap. 1. §. 1. num. 20. & idem in dist. cap. tua nobis, numer. 8. & ultra eum refert supradict. Menchac. de success. creat. §. 7. num. 15. & sequentibus, ubi testatur in omnibus supradictis esse communem hanc opinionem, vt minime hoc possit facere testator, & plures Doctores refert.

Limitabis tamen supradicta omnia cum Roch. de Curt. vbi §. præterquam si Episcopus ordinarius loci tempore, quo conditur testamentum, in quo erigitur & iubetur construere capellania, oratorium, vel hospitale, cõsentiat dispositioni testatoris prædicta præcipit: tunc enim valet huiusmodi dispositio & seruanda est secundum ipsum, quia post testamentum conditum Episcopus nõ possit cõsentire in præiudiciũ & derogationem iuris acquisiti Episcopatus, potuit enim iure quærendo præiudicare testamenti tempore, non vero quæsito iam post testamentum, vt sunt iura vulgaria, & ita est tenendum in supradictis omnibus. licet Menchac. vbi supra, num. 17. aduersus communes sententias & Doctõrũ receptissimas traditiones velit tenere, quod eo casu, quo testator prohibeat administrationem & regimẽ suæ capellaniæ Episcopo, & insuper addit, quod si Episcopus se intromittat, capellania habeatur pro infecta, vel à fortiori si dixerit, quod hoc casu bona capellaniæ deputata, in alium vsũ conuertatur, valeat huiusmodi dispositio & sit seruanda: Ita quod statim, quod Episcopus se intromittat in capellania, pro infecta habeatur, & bona conuertantur in id, quod testator iussit, quia iam testator ultra processit, & potuit non legare, & tempore traditionis rei suæ potest quilibet quodcumq; pactum & quæcumque grauamina adicere, iuxta l. in traditionibus, cum similibus ff. de pact. additque ipse Mench. nonnulla alia fundamenta, dicens, se hanc conclusionem olim Salmanticæ publice contra communem inter multas alias sustinuisse. Sed eius opinio, præterquam quod est singularis contra communem, non est vera, quia testator nõ potest facere, quod leges & generales Canones nõ habeant locum in suo testamento, per tex. hic, & in d. c. requisisti, præcipue in spiritualibus, quorum fauore hoc statutum est, vt etiam si adit præd. pœna annullationis seu ademptionis, & translationis, Episcopis remaneat ius suum illæsum: tunc etiam quia statim, quod testator construat capellania, sortitur effectum eius dispositio post mortem suam; Cum igitur incipiat valere, licet Episcopus postea in eius regimine & administratione se intromittat, non desinit subsistere prædicta capellaniæ constitutio in præiudiciũ pietatis, hoc est, causæ piæ, atq; animæ defuncti, sed reicitur conditio illa de medio, atq; tam rumpis & impossibilis, vt pote contra ius, argumento tex. in l. obtinuit ff. de condit. inst. cum similib. & remanet pura dispositio testatoris, & quia hoc est constitutissimum atq; receptum, & Doct. vbi supra, latissime declarant & examinant, vt per eos potest videri, amplius super hoc non insulam: dicta sufficiant.

In quothodie, circa id, quod possint Episcopi in iure patronatus, videndum est Sacrosanct. Concilium Tridentin. sessio. 25. capit. 9. de reformatione per totam, & Et vide casum, in quo seruanda est institutio & ordinatio Ecclesiæ seu fabricæ, præcipiens, ne a ministrato-

res reddere teneantur rationem Episcopo, in Concil. Tridentin. sessio. 22. cap. 9. de reformatione.

Sequitur nunc secunda pars huius l. in versicula. Quia nec. & gl. magis super ea.

Accedamus nunc ad secundam partem huius l. i. bi: Quia nec. & c. super qua gl. magna, in presenti versicul. quia nec, late procedit, ideo clarioris intelligentiæ gratia, eam in septem partes diuido. In prima enim glo. declarat hanc secundam partem text. in genere, quare non possit facere testator, quod obligatio, quæ sui natura est perpetua, certo tempore soluitur. In secunda declarat illud in specie. In tertia agit quoad locum. In quarta quoad conditionem. In quinta contra primam de tempore format duas oppositiones. In 6. allegat quinque concordantias, quæ tendunt ad principium huius text. In septima & vltima opponit & soluit. Prima de se patet, cum sit in prin. Secunda est in versicul. die tempore. Tertia ibi, item non finitur obligatio. Quarta ibi, item quod dicit. Quinta ibi, item ad id, Sexta, ibi, item facti. Septima & vltima est ibi, item argumentum contra Gl. igitur hæc in 1. & 2. parte declarat text. hunc in versicul. quia nec, dicens, quod cum testator non possit facere, vt obligatio, quæ nomine legatorum competit tempore, loco vel conditione finiatur, veluti quæ est perpetua, & sic duratura per triginta annos duret viginti tantum, ita & in similibus precedentibus, quæ continentur in 1. parte huius text. vtputa quia non potest minuere solemnitatem & numerum testium, vt supra satis superq; dictum est, in quo Bart. hic num. 7. nimis torquetur super vera ratione, quare tempore finiri non possit obligatio: de qua re iam supra late egimus in 5. notabil.

Vltimus & text. 2. parte huius gl. in si. ibi, Sed tantum exceptione, colligit Bart. hic & omnes, quod licet voluntas testatoris iubentis actionem certo tempore finiri: ipso iure non teneat, ope tamẽ exceptionis valet, vt in l. obligationem fere, §. placet ff. de actio. & obligat. & in l. 4. ff. de seruitut.

Ex quo primo inferitur, quod in præscriptione actionum ipsæ quidem actiones non tolluntur ipso iure, sed ope exceptionis, ita tenet gl. iam supra examinata in l. 5. ff. de actio. & obligatio, allegans d. §. placet.

Secundo tamen principaliter ex eadem conclusione inferunt Bart. Iaf. Rip. & ceteri omnes hic, quod cum hoc ita sit in hac 2. parte text. scilicet, quod licet voluntas testatoris ipso iure non teneat, ope tamẽ exceptionis valeat, idem sit dicendum respectu primæ partis, & sic quando prohibuit testator, solemnitatem testium requisitorum interuenire in suo testamento, licet ipso iure non valeat testamentum tanquam minus solemnne, & tanquam contra leges factum, tamẽ ope exceptionis bene valebit, quandoquidem à simili procedunt & 2. pars huius text. & ita dicit Bart. quod quando testamentum est minus solemnne defectu testium, oritur obligatio naturalis, & per consequens legatarius habet exceptionem, & sic ius retinendi, si possidet re sibi legatam & debitã naturaliter sine vitio, licet nõ habeat actionem, argumento tex. in l. militis, §. veteranus, ff. de iur. testam. & in Letiam ff. de compensat. vbi naturaliter debitum licet peti non possit, potest in compensationem opponi & excipi.

Hic tamen articulus: An relicta in minus solemnne voluntate debeantur naturaliter? est nimis difficilis, & magis omnibus, qui in hac l. discutuntur, & ideo eũ hic ad plenum examinare libuit. Et hæc opinio, quod ex testamento minus solemnne oritur obligatio naturalis, re-

gloss. magna in versic. item in legato, in l. 1. ff. de cond. indeb. similis quæ idem voluit in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. in gloss. mag. in princip. dum allegat l. fideicommissum, ff. de condit. indeb. similis, quæ cæteris expressior est, in l. si post diuisionem verbo in medio, C. de iur. & fact. ignor. similis in l. cum testamentum, verbo, non potuerunt, l. eod. & in l. 2. gl. 1. C. si aduers. solut. quam rem ex proposito diffuse & confuse nimis, parumque sibi constans tractat Bald. in d. l. cum quis, nu. 4. §. 5. & 6.

Glossæ igitur supra dictæ, imo earum tantum vltima scilicet in dist. l. si post diuisionem, hanc opinionem vnico sustinet fundamento, scilicet, quod sicut se habet contractus minus solemnne quoad obligationem; Ita etiam & vltima voluntas minus solemnne se habere debet, argumento regulæ vulg. quod valeat argumentum de contrariis ad vltimas voluntates. Tunc sic: Ex pacto nudo oritur obligatio naturalis, l. iuris gentium, §. sed cum nulla, versicul. igitur nuda ff. de pact. & in l. si vnus, §. pactus ne peteret ff. de pact. Igitur ex minus solemnne testamento illa produci debet.

Secundo principaliter facit, quia obligationem naturalem, nullus est, qui non fateatur ex iure gentium prouenire, text. est in l. cum autem, §. si natura debet ff. de regul. iur. sed iure gentium nulla solemnitas requiritur, l. 1. ff. de testam. milit. l. verbis legis ff. de verbor. significat. Ergo deficiente solemnitate requisita in testamento non impeditur ortus naturalis obligationis, cum testamentum, quoad originem, sit inuentum de iure gentium & naturalis, licet quoad formam & solemnitatem, de iure Ciuili, vt supra late dictum est.

Tertio pro hac opinione facit rex in l. in testamento, ff. de fideicommiss. libertat. vbi in testamento, quod iure perfectum non erat, fuit relicta libertas, fideicommissumque cuidam alumnae, atque nihilominus dicitur text. pios heredes voluntarem illam defuncti adimplere debuisse, Ergo ecce, quo pacto in illo rex. manifestissime probetur obligationem pietatis ex testamento minus solemnne, & sic naturalem oriri.

Quarto hæc opinio probatur apertissime in l. 1. C. de fideicommiss. quo in tex. magis, quam alibi hæc opinio probari videtur, probat namque illa lex, quod fideicommissum prædiorum solum ex minus solemnne testamento repeti non potest: idem probat text. in l. si veritas, vel solemnitas, C. eodem, de fideicommiss. sed hanc repetitionem quidam impedit, nisi obligatio naturalis, cuius hæc est natura, vt in l. naturaliter ff. de condit. indeb. Vnde ex hoc nemo negabit, esse verissimam hanc opinionem.

Verum alio & secundo modo inducta fortius probatur hanc opinionem dist. 1. 2. dum assignat rationem; Ideo enim, inquit Consulutus, impeditur repetitio huiusmodi fideicommissi inutiliter relicti, quia magis ex conscientia, quam ex scriptura solutum fuit: Et go patentissime constat, teneri in conscientia heredem scriptum in minus solemnne voluntate ad solutionem relictorum; atque proinde naturaliter.

Quia tamen conscientia neminem ligat, quem natura non obliget, vti pulchra verba hæc sunt Bal. in l. 2. m. 2. in si. C. de veltigal. & com.

Quinto pro eadem parte facit tex. in l. fideicommissum, C. de conditionibus indebit. vbi probatur, quod fideicommissum indebitum, si facti ignorantia soluitur, repeti potest: Insinuat igitur manifestissime text. ille, quod si non ignorantia facti, sed iuris errore solueretur, repeti minime posset: Ergo debetur naturaliter, quia si nullo iure deberetur, quocumque errore solutum repeti posset, vt in toto titulo, Codic. & ff. de conditio. indebit.

Sexto hæc opinio probatur in l. si ff. de reb. eorum, vbi hæc species fingitur: Escerat quidã testamentum

in quo iussit prædiũ rusticum filij sui vendi per tutores curatore sue eiusdẽ filij, testamentum tamen irritum fuit propter capitis diminutionem ipsius testantis, aliamque quamlibet causam, tutores vero prædium ex testamento irritato iussit venundare: Videtur, inquit text. nihil contra orationem Diuorum Principum fecisse, quandoquidem secundum voluntatem defuncti id fecerunt: Igitur probatur ibi, ad id fuisse obligatos ex testamento, licet irritato, siquidem eo facto nihil præter officium fecerint, & ita inuenio, quod hanc opinionem glossarum sequitur Bald. in l. si post diuisionem, num. 5. C. de iuris & fact. ignoran. dicens communem: hanc etiam opinionem sequuntur & dicunt communẽ Greg. Lop. & Mench. & alij relati per D. Ant. de Meneses in d. l. cum quis, num. 7. C. de iur. & fact. ignor. & testatur magis communem Iaf. in l. si creditoris, num. 9. C. de fideicommiss. hanc etiam opinionem tenet Bar. in tract. Minoritat. lib. 1. cap. 3. nu. 3. idem Bart. latissime fundans in l. 1. a. num. 6. vsque ad num. 12. ff. de condit. indeb. & Iaf. & Rip. in presenti, num. 96. qui dicit, quod Bart. hic, & vbiq; tenet hanc opinionem, & eam dicit communem, Ioan. Anibal in repet. huius l. numer. 115. & 461. dicit communem q. in l. de electa, num. 12. ff. si cert. petas, eandem tanquam communem probat Cornuus consil. 2. 9. lib. 3. col. 9. & plures quos citat Tiracuell. post l. conuubiales gloss. 4. numer. 20. cum sequentibus, maxime num. 22. dicit communem, Iaf. in l. si duo patroni, in princip. numer. 5. ff. de iur. iur. d. dicit magis communem, Iaf. in l. plane, §. si conuubium, num. 15. ff. de legat. 1. & Alciat. in cap. nouit, num. 30. de iudic. in veteri impressione, & inquit Gregor. Lop. in 31. tit. 14. part. 5. verb. acobadamente, hanc opinionem in illa l. approbati, sed meo iudicio non approbatur illa lege: Nam dicit idem, quod dist. l. 1. C. de fideicommiss. & sic præstat illa lex Regia argumentum & fundamentum pro hac opinione, non vero expresse eam approbat: hanc etiam opinionem magis communem dicit cum Couar. & alij Ioan. Baptista in suo ex arrio commun. opinio lib. 1. m. 24. fol. 102. vbi numeris sequentibus limitat.

Contrariam tamen opinionem, imo quod ex testamento minus solemnne non oritur obligatio naturalis, primus omnium tenet Petr. de Bellaperti, atque Vltramontani omnes, vt testatur Gregor. Lopez vbi supra, & inquit Iaf. in dist. si veritas, quod ex illo text. est falsa magis communis opinio supradicta, aut si vera est destruitur per illum textum. Hanc etiam secundam opinionem sequuntur Bartol. Iaf. Pet. Loriot. & Couar. quos refert Mench. de success. creat. §. in 21. vbi ipse & in §. 2. m. 1. Hanc opinionem latissime probat, & sequitur, verum præter ipsum hanc opinionem sequitur Cynus in dist. l. cum quis, num. 1. sequitur etiam Iaf. in dist. l. 1. numer. 17. ff. de condit. indeb. dicens, esse veriorẽ in puncto iuris, hanc opinionem latissime per plura fundamenta probat eum sequutus cu Fulgos. & Paul. de Castro, quos refert Doctor Antonius de Meneses in dist. l. cum quis, num. 11. dicens esse verissimam, ultra quos inuenio, quod hanc opinionem sequitur Roman. in l. 1. nu. 9. ff. de condit. indeb. Et licet hæc secunda opinio posset teneri in puncto & subtilitate iuris, tamen in rei veritate prior opinio est verior & tenenda, & receptissima per fundamenta supra adducta, quibus non recte responderi potest.

Sed an tamen venientes ab intestato teneantur restituere hereditatem heredi scripro, & soluere legata legatariis relicta in minus solemnne voluntate, saltem in foro conscientie, videndus est omnino Menes. vbi supra, num. 8. & 12.

Et an heres institutus in minus solemnne voluntate, erit tutus, si possideat bona hereditaria, videndus est omnino Antonius Gom. in l. 13. Taur. numer. 20. & sequentibus, vbi late disputat pro vtraque parte plures

Doctores allegans, & tandem concludit verioem & communiorem opinionem esse, quod predictus heres scriptus non erit tutus in foro animæ, si possideat, & non restituat venientibus ab intestato: Eandem opinionem, eum non referens, sed alios plures, & late probans dicit communem eam sequutus Menchac. de success. creat. §. 2. num. 10. ubi assignat quandam limitationem contra Couarr. Sed de hac re quid tenendum sit, post longam discussionem resoluimus post huius operis secundam editionem lib. 2. Canoniarum questionum cap. 25. num. 11.

462 Et quod legatarius trem sibi legatam in minus solemnni voluntate possidens, sit tutus exceptione, vt excludat venientes ab intestato illam repentes, tenet Bart. hic nu. 13. atque eius opinio communis est, licet Couarr. teneat contrarium, c. cum esset, nu. 10. de testamentis, quem refert & sequitur Mench. d. §. 2. n. 13.

463 Et an legatarius possit huiusmodi testamento minus solemnni rem sibi legatam propria auctoritate furari, aut illam petere per denunciationem Evangelicam, videndi sunt de hoc late Mench. ubi sup. nu. 16. & 17. & Doct. Pad. etiam ubi sup. nu. 15. & segg. & Ignat. Salc. in annot. ad reg. 907. Bern. Diaz in 4. limit.

464 Veumt quæret aliquis: Quid de hereditate relicta in minus solemnni testamento, an ea debeatur natura iter? In quo casu proculdubio est tenendum, minime deberi, ne ciuilitate, nec naturaliter: & hæc est communis opinio, vt refert Iaf. in presenti, in prima lectura, numer. 75. & Rip. 101. & esse verioem & communem testatur Menchac. ubi supra dict. §. 2. num. 15. licet gloss. in dict. l. si post diuisionem, verb. obtineas, in medio, C. de iur. & fact. ignot. teneat expresse contrarium: quam sequuntur latissime probantes Iaf. & Rip. hic, quos acriter reprehendit Mench. ubi supra, vltra quos pro communi ipse pondero bonum tex. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. ubi portio relicta extraneo in testamento minus solemnni, condito inter liberos, accrescit liberis, quorum respectu valet testamentum minus solemnne: Ergo debetur naturaliter.

465 Quia ad hoc, vt portio accrescat portioni, debet vacare omnino, & ipso iure, vt est gloss. singularis in l. si duo patroni, in princip. verb. iurasset, ff. de iur. iur. quæ est communiter approbata per Dd. vt dicam late in re. pet. l. vnic. C. quando non petent. part. & c.

Sequitur nunc tertia pars

Gloss. in versio. Item non finitur, quæ declarat, quare non possit testator facere, vt certoloco finiatur obligatio. Tamē antequam ad hoc perueniamus, primo de tempore videndum est, & sic necesse est hic quintam particulam gloss. interponere ad hoc de tempore: & quia glo. distincte non procedit, ipse distinctus agam. Primo gloss. opponit d. l. fin. C. de legat. ubi testator potest legare dominium rei suæ ad certum tempus: in quo Bart. hic nu. 18. in vers. ad secundam oppono. assignat solutionē, ex quo sequens colligitur conclusio.

466 Text. hic in secunda parte, in eo, quod dicit de tempore, procedit respectu actionis personalis, quæ offibus nostris inhaeret, vt character impressus: illam etenim certo tempore finiri testator iubere non potest; secus vero in actionibus realibus, in quibus potest testator id facere: pro quo Bartol. exemplum, de annulo in digito immisso proponit: Ille enim & pro tempore potest portari, & pro tempore non, secundum voluntatem immittentis: Hanc solutionem Bartol. testatur esse communem, eam sequutus Iaf. hic nu. 91. & in 2. lectura, num. 124.

467 Quod est limitandum ex eod. Bart. hic d. nu. 18. vt

procedat tantum respectu iuris mere reali, vtputa domini, non vero mixti, realis & personalis, vtputa seruitutis, quia tunc non posset testator abbreviare, ex l. 4. ff. de seruit. quod Bart. latius hic declarat, cum quo transeunt omnes: & in effectu tenuit gl. licet non ita clare, in d. l. fin. vers. confirmare, in fin.

Prima Quæstio Bartoli secundæ partis.

Sed circa hanc partem ponit Bart. hic tres elegantes quæstiones: quarum prima est in nu. 19. An valeat pactum, ne seruitus, quam habeo in fundo tuo, prescribatur, & sic, An vsucapio vel prescriptio possit per pactum impediri. In quo articulo Bartol. arguit ad partes, & tandem ipse nu. 20. in vers. Ego dico, ponit suam opinionem, & ex eo colliguntur duæ conclusiones.

Prima conclusio Bart. est, Non valet pactum, per quod impeditur prescriptio longissimi temporis, in qua non requiritur bona fides. Hanc conclusionem sequitur plures allegans, & late eam defendens ab omnibus impugnationibus Iaf. hic nu. 80. cum sequentibus & in 2. lectura, num. 111. Eandem etiam sequi videtur & dicit communem plures allegans Ripa hic nu. 104. eandem etiam communem dicit Alciat. in Rubric. extra de prescriptio. n. 21. pro hac opinione allegat Bart. hic & omnes post eum, hanc fundamentum. Nam vsucapio & prescriptio est inducta propter bonum publicum principaliter, nec dominiarerum essent incerta atque in pendenti, text. est in l. 1. ff. de vsucap. Iuri autem publico derogari, notissimum est non licere, ex l. ius publicum, ff. de pactis, & per l. nostram cum similibus: quam Bart. opinionem pluribus modis limitat Bernardus Diaz, & ipse Addit. in regul. 573.

Contrariam tamen opinionem, imo quod predictum pactum valeat, & ita prescriptio nullo modo procedat, tenet Dynus hic, quem refert Bart. & pro eo ipse Bart. facit plura fundamenta, licet eis respondeat: hanc opinionem dicit communem Bald. hic, & eam sequitur & dicit communem plures allegans Iaf. in presenti, in prima lectura, n. 80. & in 2. nu. 111. & hanc opinionem dicit ab omnibus fuisse approbatam ante Bartol. Rip. hic n. 105. in fin. idem dicit Alciat. in Rubric. de prescriptio. nu. 22. ubi inquit, eam esse verioem, & quod post tempora Bar. eam etiam plures Doctores sequuntur, imo, quod ego suspicor ex numero auctorum, hæc opinio Dyni communior est, & licet eius fundamenta non multum astringant, tamen adducta pro Bartol. & prima communi tantum abest, vt non tantum pro eo non faciant, sed imo contraria sint. Et primo ad suum fundamentum respondeo in genere, quod non sequitur; Lex dicit, vsucapionem esse introductam pro bono publico: Ergo illi renuntiarinon potest: Nam omnes leges pro bono publico introductæ sunt, cap. erit autem lex, quarta distinctione, l. 1. & 2. ff. de legib. & tamen in eis habet locum renuntiatio, l. si quis in conscribendo, C. de pactis.

Item respondeo in specie, nam prescriptio principaliter respicit fauorem priuatum ipsorum prescribentium, secundario vero ius publicum, de quo in dicta lege prima, ne dominia rerum sint incerta. Sed quando aliquid respicit principaliter fauorem priuatum, secundario vero ius publicum seu incidenter, bene potest ei renuntiarinon, iuxta gl. quã Dd. ubiq; sequitur, in c. de causis, de offic. deleg. Neq; his oberunt responsiones plures Iaf. hic defendentis primã opin. qui dicit, & est respicientia secundario ius publicum renuntiarinon possunt, p. l. de die, ff. de pact. dotal. ubi pacto fierinon potest, vt in reddedatore mulieris conditio deterior facta sit, & rã-

& tamen notum est, causam dotis & vtilitatem priuatam mulieris continere & publicam, ne mulieres maneat indotatae, l. 1. ff. solut. matrimon. Nam respõdeo, quod ibi vtilitas publica separari non potest à priuata, tamen in nostro casu optime separari potest: Nam publica vtilitas in prescriptione est, ne dominia rerum sint incerta, hæc tamen vtilitas iam definit esse, quando factum est pactum, ne prescribatur aliqua res, quia tunc certum est cuius sit dominium, & sic nulla vtilitas publica læditur, & cessat ratio text. in dict. l. 1. & per consequens cessare debet & eius diffpositio, vt in l. quod dictum, ff. de pact. cum similibus. Distinctio hæc in materia renuntiationis iuris priuati & publici, simul concurrentis, colligitur ex Bartolo in l. penultim. numero tertio, C. de pact. in qua simul cum aliis ibi per eum dictis communiter approbat prescriptionem Rimaldum ibi colum. 4. paulo post medium. Preterea contra Bartol. facit, quia etiam illi prescriptio nisi propter fauorem publicum minime renuntiarinon potest, non fateor, tamen adhuc in hac prescriptione triginta, vel quadraginta annorum, nullum bonum publicum versari probabo: Nam d. l. 1. ff. de vsucap. quæ ad hoc allegatur, minime de hac prescriptione intelligi potest.

474 Cum secundum illa iura Digestorum huiusmodi prescriptio non fuisset cognita, adnotante ita glo. in auth. Vt Eccles. Roman. centum ann. gaud. & c. vers. antiqua, similis in leg. si quis emtionis, §. primo, verb. munitus; C. de prescriptio. 30. vel 40. ann. & in l. qui occidit, verb. amiserat, ff. de l. Aquil. & in l. Iulianus, & ibi Bartolus, ff. quibus ex causis maior. gl. in princ. verb. constitutionibus, Instit. de perpet. & tempor. actio. & est communis opinio secundum Bart. in dict. auth. Vt Eccles. Roman. nu. septimo, & est tenendum, licet Menchac. de success. creat. §. nu. sexto, referens has duas opiniones communes contrarias, dicat, opinionem Bartoli esse receptiorem, & plurimos allegans eam sequatur, qui numero 9. cum sequentibus, plurimis modis limitat eam.

475 Quæ secundat communis opinio & verior ampliari potest, vt non solum procedat, quando expresse apponitur pactum de non prescribendo; sed etiam si rãcite ponatur verbu, quod debitor se obligat perpetuo, vel quod quodocunq; possit compelli, quia tunc obligatio, neque ius exsequitium decennio prescribitur; etiam stante statuto, quod alias prescribatur dicto tempore, prout hodie habemus l. 6. Tauri, quæ posita est in l. 6. tit. 15. li. 4. Noua Recopil. & alias referendas: ita hanc opinionem tenet Baldus in l. quod si nolit, §. si quid ita venierit, in lectura, antiqua, ff. de Edil. edict. quem refert & sequitur Auiles in c. 1. Prator in gl. execution. n. 69. ad finem, fol. 147. ubi dicit notandum, vt ponantur dicta in instrumentis obligatoriis, scilicet, promitto soluere ad talem diem, & postea possim quodocunq; compelli ad soluendum: & iam ipse vidi instrumenta, quibus debitor erat obligatus perpetuo, & est bona cautela hæc contra prescriptionem d. l. 63. Tauri, quæ hodie est d. l. 6.

476 Et quamuis quæstio supradicta Bart. olim disputabilis fuerit, tamen hodie non est dubium, quin iure Canonico, & in foro Ciuili sit tenenda opinio Dyni, quia nulla prescriptio procedit cum mala fide, vt in c. si de prescrip. & in c. posses. de reg. iur. in 6. & ita in proposito tenet Ripa hic n. 105. & Alciat. n. 45. qui plures allegans innuit esse communem, & in concertantibus peccatum, standum est iuri Canonico, etiam in foro Ciuili, vt in d. c. si.

476 Nec huic opinioni oberit doctrina Bart. in l. sequitur, §. si via, nu. 2. ff. de vsucapio, ubi dicit, quod actiones personales, & sic illæ, quæ 30. annis prescribuntur, etiam hodie cum mala fide procedunt, quia talis pre-

scriptio currit sine vlla possessione, sed sola negligentia non vtenitis: At iura Canonica requirunt bonam fidem, loquuntur & procedunt in his, quæ possessionem requirunt ad prescribendum, vt patet in regul. supradict. posses. Nam illa doctrina Bar. communiter reprobat secundum Rip. hic n. 105. & dicit communiter reprobari Mëch. plures allegans §. 10. n. 12. & 14. ubi dicit verioem & receptiorem opinionem contra Bartol. in hoc latissime id probat, licet opinionem Bart. plures allegans etiam communem dicat, & has duas communes opiniones contrarias posteriores refert nouissime illustris preceptor meus Regius Confiliarius Antonius de Menelles in l. 1. n. 42. de seruit. & acqu. ubi etiam refert Didac. Perez & Additio. Bernard. Diaz in regul. 578. ubi post ipsum Bernard. testatur esse verioem & communiorem opinionem contra Bartol. Vnde patet, quod iure Canonico opinio Dyn. contra Bart. in prescriptione 30. vel 40. annorum sic indubitabilis, cum per pactum initum constituitur debitor in mala fide, & de iure Ciuili etiam tenenda. Vnde non erit necessarium hic discutere plures limitationes, quas Doctores tradunt late & diffuse additam doctrinam & opinionem Bart. cum illa tam iure Ciuili, quam Canonica sit falsa & non accipienda in praxi. Videndus tamen est Iaf. hic in lectura, n. 63. & in 2. n. 114. item & late Rip. n. 105. cum sequentibus, & latius Alciat. in dict. Rubric. de prescriptio. n. 22. cum sequentibus, ubi predictas limitationes assignant & referunt, vt si velis illas scire videre, & notos habeas numeros. Ex quo inferitur, respuendam omnino esse opinionem Menchac. dict. §. 10. n. 12. & 11. qui priuatis quibusdam argumentis vult, quod etiam hodie attento iure Canonico procedat opinio Bart. hic.

477 Secundat principalis conclusio Bart. est, quod prescriptio decem & viginti annorum, in qua bona fides requiritur, non potest procedere, si pactum sit factum quod non prescribatur, licet tunc non virtute pacti, sed malæ fidei interuentu non procedat prescriptio. Hæc opinio saltem de iure Canonico, & in foro Ciuili practicanda, verissima est, atrens predictis iuribus & rationibus, atque eam sequitur Ripa hic n. 105. & dicit eam esse sine dubio Alciat. n. 45. in princ. & sequitur Mench. Felinum allegans §. 10. de success. creat. nu. 11.

478 Ex quo inferit Bartolus hic, quod si res transfret in alium, qui bonam fidem haberet, bene prescriberet, non obstante tali pacto, quia non valet, imo melius diceret, quia hoc casu hinc tertio, qui nunc possidet, pactum sui antecessoris nocere non debet, vt pote ipse nihil pactus fuerit: & hanc opinionem sequitur expresse Iafon hic in prima lectura, num. 109. neque alius eius meminit.

479 Neque t oberit, quod mala fides auctoris nocet eius singulari successori in prescriptione logi temporis decem & viginti annorum, ex text. in authentica, male fidei possessor, C. de prescriptio. long. temporis. Nam tex. ille loquitur in prescriptione domini, nos vero de prescriptione seruitutis, & sic iuris incorporalis, in quibus diuersum est secundum Iaf. in d. n. 109. qui est addendus dicto authentica male fidei possessor, & cum his finita est hæc quæst. Bart.

Secunda Quæstio Bartoli secundæ partis.

Secunda principalis quæstio Bart. est in hac parte, An statuto precipienti, vt debitum, prescribatur decem annis possit renuntiarinon. Et determinat, quod non, quia hæc prescriptio currit negligentia non petentis, vt in